



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Coris obi nus admodum æ planè repugnans vñs;
eum ad quē vt si forte cuiusvis Ecclesiae rector men-
tirentur. se Augusto aut post eodem anno mori-
tur, is qui in eius locum vacanti Eccle-
sie præsicitur (etiam si qui obiit, vt pau-
cos dies Ecclesiae operam suam nauae-
rit) ne ullam quidem partem habeat cē-
sum, fructum, aut emolumen torū, quæ
eo item anno ex illius Ecclesiae prædijs
percipiuntur.

Quæ res iure non introducta, Ecclesijs
cum maximè perniciosa sit, ijs præser-
tim in quibus animarum cura exerce-
tur (quoniam non facilè quispiam sacer-
dos illius Ecclesiae curationem suscipit,
vnde ne vñctum quidem vñsq; ad sequen-
tis anni initium sperare possit) nos pro-
pterea sacerdotum canonum auctoritatem
secuti illud edicimus, vt si post Cal. Au-
gusti Ecclesiae rector deceaserit, is qui il-
lius Ecclesiae fructus ad se pertinere as-
serit, ære alieno si qđ ecclesia habet per
solato, & detractis fructibus, qui ipsius
Ecclesiae Rectori & ministris ad vñctum
atq; ad reliqua onera præstanta necessa-
rixerunt, quoad alij sequenti anno per-
cipientur, qui ex ijs reliqui fructus e-
runt, eos solum sibi retineat.

Decretum. X L.

De librorū CVM sèpè alijs Summorum Ponti-
Impressione sicum, Gelafij in primis, Nicolai item, &
ac venditio Innocentij Quarti constitutionibus fa-
ctum sit, vt libri falsi, adulterini, & præ-
ui, veteratoria quadam malorum homi-
num arte excogitati & conscripti in vul-
gus ne darentur; huic etiam rei quæ ma-
ximè perniciosa est, sanctè quidem Late-
ranensi Concilio Leo X. consuluit gra-
uissima edita constitutione, quæ est de li-
borum impressione: quam constitutio-
nem, vtpote quæ his temporib; in om-
nem partem valde admodum vtilis ac
necessaria est, tum Concilio Tridentino,
tum Indice librorum Sedis Apostoli-
ce auctoritate edito iuslum est vel dili-
gentissimè obseruari.

Nos igitur eam ipsam constitutionem,
& quod ipsius Concilij Tridentini au-
toritate, Indicis; regula fancitum est,
nostro ordinario munere, & Sedis Apo-
stolicæ auctoritate exequi cupientes;
(præsertim cum vñ compertum sit, li-
brarios plerosq; lucri solū zuidos & ap-

petétes libros quosdam imprimere, aut
impressioni tradere, ac venales publicè
habere, quorū lectione homines, in maxi-
mos & fidei, & morum, & vita erro-
res incidentur;) has ipsis librarijs, seu li-
brorum imprimitoribus, ijs item qui li-
brum aliquem, scriptumve cuiusvis ge-
nesis aliud imprimendum curant, regu-
las præscribimus, ex eo Lateranensi &
Tridentino Concilio, & Indice libroru-
m desumptas; quas ab omnibus & singulis
ipsis seruari volumus, propositis his po-
nis, quæ ijsdem Concilijs, & ipso Indice
constitutæ extrema huius decreti parte
expresa continentur.

Ne librarius quispiam, seu librorum
impressor, aliisve qui libros vel alia cu-
iuis generis scripta imprimenda cu-
rat, eos eave typis mandet aut impre-
matiñi liber aut scriptum quod impre-
sionis tradendum est, primò recognitum
sit & comprobatum, eidemq; subscripta
a nobis, & ab Inquisitore, aut ab eo cui
id curæ datum erit.

Cuius libri scriptive recognitio & com-
probatio, cùm diligenter fieri, tum etiam
gratis.

Exemplar autem subscriptionem etiam
habeat, quæ ipsius auctoris manu ac no-
mine notata sit.

Libri scriptive quod impressum in luce
dabitur, comprobatio imprimatur vel
in initio vel in fine libri.

Libro scripto impresso nomen & co-
gnomen imprimantis appositum sit.

Cum primum autem libri scriptive im-
pressio confecta erit, eis nobis exéplar,
aut Inquisitori tradatur, aut ei qui no-
stra auctoritate eidem subscripterit.

Contra si quis fecerit, excommunicatio-
nis poenam subeat, libris præterea im-
pressis multabitur, qui publicè combu-
rentur; per annum item ab imprimendi
munere amotus erit, tum centum aureos
nummos soluet: quam multā locis pijs
& religiosis attribuemus.

Bibliopolis autem in librum emen-
dis tum vendendis ea omnia edicimus,
quæ & ipso toto Indice Sedis Apostoli-
ca auctoritate edito, & regulis ipsis san-
cta & præscripta eis sunt; quæ item pro-
vinciali nostra Constitutione de hac ip-
sa re constitimus.

Cuz

Prou. I. p. 3.
de profess.
fid. &c. p. 2.
§. episcopi.

Quæ omnia communi sermone regulis quibusdam expressa, cum & nostra & Inquisitoris auctoritate alias sibi tradita sint; illa ipsa ab eis diligenter seruari mandamus, propositis pœnis ac multeis quæ ipsa eiusdem Indicis regula consti-
tutæ sunt, & alijs præterea pro culpe grauitate nostro & Inquisitoris arbitra-
ri irrogandis.

Et quantum hominum animis pernicié & interitum afferunt libri à pestiferis & hereticis hominibus conscripti; nos qui pro ea pastorali cura quā gerimus, animarum saluti consuleres nihilq; sanè prætermittere debemus, quod ad eam rem pertineat, Indicem ipsum vñā cum his decretis in lucem dari voluimus; vt nostri & urbani & diœcesani animarū curatores vñā apud se habeant, studio-
seque legant nam cum aucto[r]um, quorū libri anathematis poena prohibiti sunt, nomina & cognomina alphabeti literis descripta ipso Indice notentur: tum regulae traduntur quas noslē ijs debent, qui bus animarum cura commissa est; vt qui sibi in curam traditi sunt, eos cum opus erit, ipsi moneant tum de libris cauen-
dis, tum de regulis seruandis.

Quo in officiis genere illud ipsi omnibus edicimus, vt si qui in sua parochia finibus sunt, vel heredes, vel ultimarum voluntatum executores, qui libros habeat à defuncto relictos; illude eos moneat, quod decima regula grauissimè sancti-
tū est, vt ne ijs iphi vntantur, aut in alios quauis ratione eos transferant, priusquam vel ipso, aut eorum indicem, illi cui id negotijs nostra & Inquisitoris au-
toritate datum erit, attulerint, ab eoq; ipso eius rei facultatem obtinuerint; id que nisi manifeste perspicuū sit, libros eius generis esse, vt illi ipsi omnibus permitti sint.

Hoc in genere ijsdem eò diligentiores erunt, quò maximè nos id cupimus atq; optamus; vt vrbs & diœcesis nostra omnia libera sit ab ea nefariorum libro-
rum peste, quæ fidelium animis perni-
ciosa & exitiosa est.

Decretum. XL I.

Cathedrali-
ca in syno-
do diœcesa

ILLVD sacris Canonibus constitu-
tum est, vt à singulis Parochis diœcesa-
na Synodo cathedralici nomine solidi

duo exigantur; idque argumento hono-
ris, qui cathedrali Ecclesiæ tāquā ma-
tri à cæteris parochialibus Ecclesijs tri-
bui debet. nos tamen hanc pecunia sum
mulam, quæ superioribus temporibus
huic Metropolitana Ecclesiæ co nomi-
ne debita eit, nec persoluta tamen, eam
omnem eti iure exigere potera-
mus, quoniam quod eo nomine solui de-
bet præscribi non potest, remittimus ac
condonamus ijs ipsi Parochis, qui hoc
ipsum cathedralicum prestare debebat.
Sed vt in omni re Metropolitanæ no[n]re
Ecclesiæ dignitatem & ius retineamus;
& quantum in nobis eit, conservemus;
illud vniuersos & singulos Parochos mo-
nemus, vt reliquis quæ Deo dante in po-
sterum quotannis habebuntur Synodiis
diœcesanis, hos ipso duos solidos, quos
honoris ergo se Metropolitanæ Eccle-
siæ iure debere iam sciunt, omnino per-
soluant.

Decretum. XL II.

N E quis clericus sacris ordinibus ini-
tiatus, quive beneficium ecclesiasticum
obtinet, præstandis ijs quæ decretis his
Synodalibus sancta sunt à nobis, iuila-
vel excusatione, vel exceptione, vt ijs pol-
lit, præsertim quod ea ipsa ignorari;
nos propterea eorum vnicuique edici-
mus atque id iubemas, vt mense post
quam decreta haec typis impressa in vul-
gus data erunt, ea quisque apud se ha-
beat, & studiose legat.

Quibus decretis ita promulgatis, quid-
quid fieri præstativè nullum aut vetitū
est, nisi facultate à nobis scripto impē-
tratajhis ipsi obtemperatum esse decla-
ramus, si id Vicario nostro generali pre-
stetur, aut eius concessu agatur.

FINIS SYN O D. DIOEC. TI.

Indicem Librorum prohibitorū, qui in veteri editione ex superioris Synodi decreto hoc loco impressus fuerat, quo-
niam ille iam denuo immutatus est, ne opus hoc plus iusto excresceret, omitten-
dum censuimus.

Libellus item Canonum penitentia-
lium & casuum reseruatorum ex supe-
rioris quoque synodi decreto hoc loco
in altera editione impressus, commodio
re loco infra postus est.

B 2 S Y-

na à pace-
chis folme-
dum.

